*Syriac.n.*51. Quicumque ſermonem meum cuſtodierit.

EXPOSITIO V.

91. EGo *autem non quæro gloriam meam.*
Confirmat magis Dominus id,
quod ſupra dixerat: *Honorifico Pa-*
trem meum. Modò ſubdit: *Non quæ-*
Leont. *ro gloriam meam:* vt explicat Leon-
tius, ita vt vſurpem diuinum honorem, vt vos exi-
ſtimatis, cùm me dæmonium habere dicitis. Ali-
Chryſoſt. ter explicant D.Chryſoſt. Theophylact. Euthym.
Teophyl. *Non quæro gloriam meam.* Euthym. vindictam con-
Euthym. tumeliæ meæ; ſicque explicant, non vindico in-
iuriam iſtam, quam in me facitis, quia non quæro
gloriam meam. Qui enim propriam gloriam quę-
rit, de vindicta cogitat, qui autem gloriam ſuam
contemnit, is vindictam omittit. *Eſt qui quærat,*
& iudicet. Patrem ſuum intelligit, *ad quem,* vt ait
Euthym. *Rei de iudice malè loquuntur.* Euthym. *Filij ignominia tranſire cernitur.* Ipſum
nomen patris non exprimit, ad illius veneratio-
nem attendens, ne Iudæi, vtpote multorum cri-
minum rei contra ſuum iudicem obmurmurent,
& loquantur; *eſt qui quærat & iudicet*, etſi ego
nihil faciam hominum gloriam, eſt tamen Pater,
qui multum de ea agit, multúmque eam ab homi-
Ionn. 5. bus requirit; *vt omnes honorificent Filium, ſicut ho-*
norificant Patrem, Ioan. 5.n.23.

92. *Amen, amen dico vobis.* Vindicta ſuarum con-
tumeliarum Deo relicta, ad doctrinam redit. Ca-
Caietan. ietanus, *Laceſſitus iniuria,* inquit, *non deſiſtit à præ-*
dicatione, proponendo ea, quæ erant ſalutis humani
Chriſtus nulla iniuria deſtitit à benefaciendo. *generis.* Nulla iniuria, nulla cauſa Chriſtus deſi-
ſtit à ſuo munere, noſtrâque ſalute conſulenda, &
docet etiam nos, vt ait D. Gregorius homil. 18.
Gregor. in Euangel. propter impiorum peruerſitatem
diuini Verbi prædicationem non eſſe deſeren-
dam. *Si quis,* quicumque ille ſit, cuiuſuiſve ætatis,
vel generis, *ſermonem meum ſeruauerit:* credens,
Chryſoſt. ac obediens meis mandatis. D.Chryſoſt. *Hic non*
modo fides intelligenda eſt, ſed & vitæ etiam puritas.
Ammon. Quod etiam notarunt Ammonius, Euthym. *Mor-*
tem non videbit, id eſt, non experietur, ac ſentiet,
in æternum: qui enim ſeruat Dei mandata, non
morietur æterna morte, nec animæ, nec corporis.
Non animæ; nam licèt ipſa ſit immortalis, illius
mors ſpiritualis eſt peccatum. Qui autem adim-
plet Dei mandata degit abſque peccato, in Dei
gratia. Nec etiam mortem corporis videbit æter-
nam, mors corporis temporaria eſt, tamen ambu-
lans in lege Domini ſuſcitatur in extremo die
ad vitam æternam in omni beatitudinis felicitate.

QVÆSTIO XV.

Quare cum Chriſtus aſſereret ſe gloriam ſuam non quærere, addidit tamen, eſt qui quærat, & iudicet.

93. IN limine huius quæſtionis venit illa cele-
bris difficultas, quomodo hæc verba; *Ego*
non quæro gloriam meam, eſt qui quærat, & iudicet:
cohæreant cum illo quod dicitur Ioan. 5. n. 22.
Ioan. 5. *Pater non iudicat quenquam, ſed omne iudicium de-*
dit Filio. Vbi ſermo eſt de vltimo, ac vniuerſali
iudicio, vt latiùs cum multis aliis explicationibus
dixi tom. 3. cap. 2. quæſt. 6. vide ibi dicta. Ad quæ-
ſtionem propoſitam

Reſpondeo, quòd cum ſæpè multa iniuriarum 94.
patientia, ac facilis venia det occaſionem, vt au- *Multa modeſtia aliquando dat occaſionem ad iniuriam.*
auctoritas magni viri contemnatur, ac vt eam læ-
dere quiſquam non vereatur. *Locuta eſt Maria,*
& Aaron contra Moyſen, Num. 12. num. 1. ſt atim- Num. 12.
que ſubiungitur. *Erat Moyſes vir mitiſſimus ſuper*
omnes homines, qui morabantur in terra. Ad quid
poſt obmurmurationem fratrum hæc adiungun-
tur, niſi vt veluti inſinuetur ratio cur contra il-
lum conſpirare non dubitauerint? Abulenſ. *Si ſci-* Abulenſ.
rent, ait, *illum tam mitem non eſſe, non auderent mur-*
murare, timentes viciſſitudinem. Cùm ergo Chri-
ſtus Dominus dixiſſet ſe gloriam ſuam non quæ-
rere, vindictam ſuarum iniuriarum non ſumere,
ne tanta eius lenitate homines anſam arriperent
ad ſuam temeritatem, ad multas contumelias in
eum inferendas. Addit, *eſt, qui quærat, & iudicet,*
vt præpoſito iudicio, ac ſupplicio Iudæorum pe-
tulantiam coërceret. Theophyl. *Quamuis ego,* ait, Theoph.
me ipſum non vindico, ſed quum iniuria afficior, ſu-
ſtineo: ne exiſtimetis inultam fore iniuriam hanc:
eſt enim Pater, qui me vlciſcatur.

Pro magis hac re explicanda. Expende quod 95.
ait Chriſtus: *Ego non quæro gloriam meam, eſt qui*
quærat, & iudicet. Et tamen dicitur Ioan. 5.n.22.
Pater omne iudicium dedit Filio. Cùm ergo omne Ioan 5.
iudicium ſit datum Filio, cur ipſe non iudicat, ſed
hoc Patri remittit? Eleganter D. Gregorius ho-
mil. 18. in Euangel. *Illatas contumelias,* ait, *Patris* Gregor.
iudicio reſeruat, vt nobis inſinuet, quantum nos eſſe
patientes debemus, dum ſe adhuc vlciſci non vult, &
ipſe, qui iudicat. Poterat Ieſus omnium iudex in- *Iniuria ſubdito patiẽter ſuſtinenda.*
iurias in ſe illatas vindicare; ad hoc enim in eo
dabatur poteſtas, & etiam puniendi ratio inter-
uenerat, ab hoc tamen abſtinet, vt ſuo exemplo
præfectos, ac vniuerſos informet, quòd ſi aliquan-
do à ſubdito, vel ab aliquo pungantur, patienter
ſuſtineant, & non intentent iniuriam iniuria re-
taliandam eſſe, ait Seneca lib. 2. de Ira, cap. 34. *Pu-* Seneca.
ſilli hominis & miſeri eſt, repetere mordentem: mu-
res, & formicæ ſi manum admoueris, ora conuertunt:
imbecillia ſe lædi putant, ſi tangantur.

Cùm Iſrael incederet per deſertum, occurrit ei 96.
Amalech, qui magnis calamitatibus illum affecit,
extremos agminis, qui laſſi erant, occidit. Deuter. Deut. 25.
25. num. 17. Mandat Deus Moyſi. *Scribe hoc ob* Exod. 17.
monumentum in libro, & trade auribus Ioſue, Exod.
17. num. 14. Valde mirum quod multa alia ma- *Deus facilè obliuiſcitur iniuriæ.*
gnalia non mandat Deus ſcribere, & tamen bel-
lum commotum ab Amalech diſponit, vt in mo-
numentum ſcripturæ tradatur ad vindictam de
tantis iniuriis ſumendam. *Delebo enim memoriam*
Amalech ſub cælo: vt ſignificetur quàm alienus ſit
Deus à vindicta, ne quodammodo vltio in obli-
uionem abeat, ordinat Deus vt literis exaretur.
Oleaſter: *Expende, ait, qualiter pius Pater ſe* Oleaſter.
oſtendit in noſtra punitione obliuioſum, vt libro ſit
opus ad memorandum.

Secundò. Hac de cauſa diſſimulauit ſe iudi- 97.
cem eſſe in ſuis propriis iniuriis: ne calumniato-
res ſuos perterrefaceret, & ab opprobriis irro-
gandis retardaret: ſed licentioſius eis permitte- *Ieſus opprobrijs delectatur.*
ret, quæcumque vellent conuitia in ſe vnum vi-
brari: adeò illis audiendis delectabatur. Non
quod ipſæ contumeliæ, quæ peccata erant, ſed
contumeliarum patientia eximiam illi afferret
delectationem. Pro quo accipe Tertullian. lib. de
patientia, cap. 3. *Saginari,* ait, *voluptate patientiæ* Tertullian.
diſceſſurus volebat. Sagina autem, non vno tantùm,
ſed pluribus ferculis efficitur; non vnam tantùm,
ſed

ſed plures contumelias patientiſſimus Ieſus ſum-
ma cum voluptate excepit.

98. *Dabit percutienti ſe maxillam, & ſaturabitur op-*
Thren. 3. *probrijs, ponet in puluere os ſuum,* Thren. 3. num. 30.
Præclarè D. Ambroſius expendens præfata verba
Ambroſ. ſerm. 10. in Pſalm. 118. *Non dixit,* ait, *ſubibit oppro-*
brium: facilè eſt enim vnam, vel alteram contume-
liam ſuſtinere. Addidit, ſatiabitur opprobrijs. Quo
facilius Domini moueat miſericordiam, opprobriorum
complurium deformitate miſerabilis. Non vnum
opprobrium, ſed multorum congeriem ſuſtinuit
Dominus, & tunc expende quod ſequitur: *Po-*
net in puluere os ſuum. Quæ verba ſic legit
Ambroſ. Ambroſius citato loco: *Dabit in ſepulturæ foſſu-*
Patientia mira Ieſus inter opprobria. *ram os ſuum.* Et tunc ſic pergit ſanctus Doctor:
Oſtendit, ait, *quandam ſupra modum patientiæ taci-*
turnitatem, vt tanquam ſepeliat os proprium, ne lo-
quatur & velut quodam aggere virtutum obſtruat,
ne vocem doloris emittat. Tantis opprobriis cir-
cumdatus poſuit os ſuum veluti ſepulchrum,
quod ſolum mortuum excipit; ſic omnia illa
conuitia, tanquam quid mortuum, quod non ha-
bet viuacem ſpiritum ad commouendum, excipit,
obturans os ſuum pleno omnium virtutum agge-
re; tanta enim patientia inter tot opprobria, ple-
nus eſt omnium virtutum cumulus.

*Ioan.8.n.*52. Dixerunt ergo Iudęi: Nunc cognouimus, quia dæmonium habes. Abraham mortuus eſt, & Prophetæ: & tu dicis: Si quis ſermonem meum ſeruauerit, non guſtabit mortem in æternum.

Num. 53. Nunquid tu maior es patre noſtro Abrahã, qui mortuus eſt? & Prophetæ mortui ſunt. Quem te ipſum facis?

VERSIONES.

Syriacus. Nunc nouimus te dæmonium habere: & tu dicis, qui ſermonem meum cuſtodierit.

Vatablus. Quem facis tu te ipſum.

EXPOSITIO VI.

99. DIxervnt ergo Iudæi, non diſcen-
di, ſed contradicendi affectu. *Nunc*
Caietan. *cognouimus.* Caietanus ſic explicat:
Vide Iudæorum furorem, ait, *non ſo-*
lùm à contumelia inchoant reſponſio-
nem, ſed proprij honoris obliuiſcuntur, manifeſtantes
ſe temerè hactenus dixiſſe, dæmonium habes. Tamen
Euthym. pleniſſimè ſic cum Euthymio, Lyrano, explicatur:
Lyran. hactenus opinabamur, nunc verò certi ſumus, te
dæmonium habere, cum dicas: *Si quis ſermonem*
Theophyl. *meum ſeruauerit,* &c. Theophylact. *Profectò aiunt,*
nunc cognouimus multis, & copioſis argumentis, quod
dæmonijs actus hæc dicas. Sequitur Textus: *Quia*
dæmonium habes. Diabolus tibi ſuggerit, vt tam
impia ſuperbia, ac blaſphemia loquaris, & dicas,
cum promittas æternam vitam, tuum ſermonem
obſeruanti.

Abraham mortuus eſt. Sæpè illum commemo- 100.
rant, tanquam de eius ſtirpe gloriantes. *Et Prophe-* Chryſoſt.
tæ. Qui frequenter, vt explicant D. Chryſoſt. Auguſt.
D. Auguſt. D. Bonau. cum Deo loquebantur, eiúſ- Bonauent.
que mandata cuſtodiebant. Theophyl. *Et tu dicis* Theophyl.
quòd qui tuum audierint ſermonem, non morientur.
Cùm tamen ſcriptum ſit: *Quis eſt homo, qui viuet,* Pſalm. 88.
& non videbit mortem? Pſal. 88. n. 49. Iudæi autem
tanquam carnales, vt inquit Albert. Magn. totum Alb. Magn.
intelligebant de morte corporali, quod de ſpiri-
tuali, & æterna morte erat dictum. Et Abraham,
ac Prophetæ licèt eſſent mortui corpore, non ta-
men quoad animam, ſed reſuſcitandi erant cum
Chriſto ad æternam vitam. Sícque reſponſio Iu-
dæorum in omnibus futilis extitit.

Numquid tu maior es? Conſequens videbatur 101.
inferendum; ſi Abraham, & prophetæ ſeruantes
Dei verbum mortui ſunt, & qui audiunt tuum
verbum non moriuntur; ergo tu maior es Deo.
D. Chryſoſt. *Conſequens erat, vt dicerent: Numquid* Chryſoſt.
tu maior es Deo, aut qui te audiunt, maior es tu,
quàm Abraham? ſed iſtud non dicunt, quandoqui-
dem ipſum Abrahamo minorem eſſe arbitrantur. Si-
militer Euthym. Theophyl. vel dici poteſt, quod Euthym.
hoc non dixerunt, ne Ieſum honorarent; ſi eum Theophyl.
cum Deo compararent. Notat D. Chryſoſt. cit. loc.
hom. 54. quòd Iudæi contumelioſè, ac ſuperbè di-
cunt: *Dæmonium habes, numquid tu maior es patre*
noſtro Abraham? at verò Samaritana cum audiſſet
Chriſti verba promittentis aquam viuã, ſimplici
affectu ait: *Numquid tu maior es patre noſtro Iacob?* Ioan. 4.
Ioan. 4. n. 12. ait tunc Chryſoſt. *Illa diſcendi cupida,* Chryſoſt.
ideò dubitauit, & debita cum modeſtia reſpondit, &
Dominum appellat. Subditur: *Quem te ipſum facis?*
id eſt, quem te iactas, te præſumis eſſe. Albertus
Magn. *Chriſtus,* ait, *non ſe fecit magnum: ſed Pater* Alb. Magn.
genuit eum magnum: & tempore formam hominis
accipiens fecit ſe paruum. Ad Philippenſ. 2. num. 7.
Semetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens. Philipp. 2.

QVÆSTIO XVI.

Quare ingenti beneficio ex Chriſti ore audito blaſphemè reſpondent Iudæi: dæmonium habes?

PRomisit Dominus ſuum ſermonem 102.
adimplenti vitam æternam. *Si quis ſermo-*
nem meum ſeruauerit, mortem non videbit
in æternum, tunc tanto beneficio audito non gra-
tulantur, ſed in blaſphemias prorumpunt. Dæ-
momium habes. Cuius rei rationem literalem
dedi in expoſitione. Et eſt de mente D. Thomæ.
Hoc, ait, *ideò dixerunt, quia notum erat apud Iu-* D. Thomas.
dæos, diabolum peccatorum eſſe inuentorem, & præ-
cipuè mendacij, quia autem videbatur eis, hoc
quod Dominus dixit, eſſe mendacium, & contra-
rium Scripturæ. Quis eſt homo, qui non videbit
mortem? *Ideò dicunt. Dæmonium habes, quaſi di-*
cant ex inſtinctu dæmonis, mendacium loqueris. Ean-
dem rationem reddunt Lyranus, Carthuſianus, Lyran.
& alij. Carthuſ.

Reſpondet ſecundò Theophylactus: *Dæmonio* 103.
ipſum agi putant quod aliena quadam quaſi mente Theoph.
captus diceret, Ioan. 10. num. 20. *Dicebant autem* Ioan. 10.
multi ex ipſis: Dæmonium habet, & inſanit; quid
eum auditis? Tertiò. Toletus. Quia omnibus Pro- Tolet.
pheris, & Patribus anteponere ſe videbatur Chri-

ſtus, quos cum illi homines Dei fuiſſe crederent, Chriſtum autem inferiorem multo reputarent, alienum à Deo talem putabant ſermonem: ſimiliter alienum ab omni homine, cum homo non poſſit mortem impedire.

104. *Chryſolog.* Quartò. Grauiter hos Iudæos pungit D. Chryſologus ſerm. 131. *Dæmon*, ait, *mali auctor mala promittit, non bona: occidere non viuificare conſueuit: ergo non eſt dæmon, ſed Deus eſt Chriſtus, qui redonat, quam donauerat vitam.* Valde inſipiens eſt argumentum Iudæorum, vt probent in Ieſu eſſe dæmonium, ex eo quòd ipſe dicat ſe vitam æternam daturum, ſi enim ipſe è contra aſſereret à ſe mortem eſſe infligendam, validius tunc formaretur argumentum. Nam dæmon promittit mortem, Deus autem vitam; atqui Chriſtus non promittit mortem, ſed vitam: ergo non eſt dæmon, ſed Deus. Medium ergo quod Iudæi interpoſuerunt ad comprobandum Ieſum non eſſe Deum, ſed dæmonium, eo conuicti ſunt non eſſe dæmonium, ſed verum Deum, qui veram vitam donat; medium enim quod iniqui ſibi eligunt ad iuſtos opprobrio afficiendos, eo ipſimet iniqui confunduntur, ac redarguuntur. Cùm mulier impudica eſſet importuna Ioſeph, operique nefario reſiſteret, illa iniecit in eum manus, apprehenſo pallio ipſe fugit, cúmque mulier ſe videret contemptam, totum crimen retorquere vult in Ioſeph, aítque quod ille ad eam extenderit manus, ipſáque clamante Ioſeph foras fugit. *In argumentum ergo fidei retentum pallium oſtendit marito reuertenti domum*, Geneſ. 39. num. 16. argumento, quo mulier vult crimen imponere Ioſeph totum in ſe conuertit; nam ſi mulier oſtendiſſet crines diffuſos, veſtes ſciſſas ſignum erat, quod adoleſcens ei vim intuliſſet, at cum illa oſtendit pallium in manibus, manifeſta eſt demonſtratio, quod ipſa cum voluerit, ad ſe traheret; in illius enim manu inuenitur pignus, qui tenere curauit, tu ô mulier habes pignus in manu; ergo tu vim intuliſti ad tenendum. Philo Hebræus lib. de Ioſeph. *Veſtis*, ait, *relicta ab adoleſcente indicium erat violentiæ, ſed muliebris.*

Iniqui eodem medio conuincuntur, quo conuincere volebãt. — *Geneſ. 39.* — *Phil. Hebr.*

105. *Cyrill.* Quintò. Perbellè hos Iudæos arguit D. Cyrillus lib. 6. in Ioan. cap. 10. *Malus de beneficio fit peior, & odientes Deum omnia etiam bona conuertunt in malum.* Valde mirum quod cùm Chriſtus illis dixiſſet ſe eis vitam communicaturum, ſic durè blaſphement, *nunc cognoſcimus*, id eſt, nunc certè, ac reſolutiuè cognoſcimus te dæmonium habere, ſi Chriſtus aſſereret illis mortem facturum, cùm hæc ſit valde horribilis, aliquod poterat eſſe ſubterfugium, quòd ſic exaſperarentur: ſed cum illis pollicetur vitam, quam ſummopere homines appetunt, quomodo tam petulanter, ac acerbè reſpondent? *Malus de beneficio fit peior.* Hi proterui Iudæi, de eorum numero erant, quod tantum abeſt, vt ex appoſitis beneficiis miteſcant, quod etiam ex illo anſam arripiant, vt magis in ſua præuaricatione obfirmati de nouis contumeliis, ac iniuriis inſectentur, & offendant.

Malus beneficio non obligatur, ſed peior fit.

106. *Pſalm. 105.* Commemorans Regius Vates illud horribile idololatriæ nefas à populo commiſſum in deſerto ait: *Fecerunt vitulum in Horeb: & adorauerunt ſculptile*, Pſalm. 105. num. 19. Non ſolùm exprimit fabricatum vitulum, ſed etiam adorationis locum Horeb, qui eſt locus in quo Deus apparuit, idem enim eſt Horeb, ac mons Sinai. *Theodor.* Theodoretus: *Non temerè*, ait, *de monte mentionem fecit, ſed vt impietatis hyperbolem doceret; quandoquidem Dominus vniuerſitatis in monte illo apparuit: in hoc igitur monte impietatem patrare auſi ſunt.* Aſſignatur criminis locus, in magnam malitiæ exaggerationem, iniquitatem in eo loco perpatrarunt, qui proclamando magna Dei beneficia populo conceſſa teſtificabãt, quorum monumento, ac memoria, minimè à ſuo peccato ſunt cohibiti, ſed ibi in tantam turpitudinem ſunt prolapſi. *De monte mentionem fecit, vt impietatis hyperbolem doceret.*

107. *Oſeæ 4.* Ait Deus per Oſeam cap. 4. num. 15. *Nolite ingredi in Galgala, & ne aſcendatis in Bethauen.* Magna quæſtio eſt expoſitoribus, cur Deus populo ſuo tam rigidè intercludat ingreſſum in Galgala? forſitan, quia ibi vigebat idololatria, illa tota terra plena erat, vt ipſe propheta eodem cap. commemorat num. 2. *Maledictum, & mendacium, homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt.* Cur ergo aſcenſus in Galgalam prohibetur. In Galgalis poſuit Ioſue duodecim lapides, quos tulerat de medio Iordanis alueo, ídque vt ibi eſſent in perpetuum monumentum tranſitus miraculoſi, quo duodecim tribus ſicco pede per fluuium Iordanem tranſierunt in Chananæam, vt conſtat Ioſue 4. num. 20. *Ioſue 4.* Quamuis ergo peccata in magno cumulo excreuerint, ita vt totam terram opprimerent, tamen grauior, ac execrabilior erat offenſa eò in loco vbi tot erant memoriæ, ac lapides teſtificantes diuinam in populum largitatem, ex qua tanta beneficentia populus debebat excitari ad Deum amandũ, ac ſeruiendum, quod ergo ibi tot peccata committerentur, maximè in hoc noſtra malitia declarabatur, ac diuina ira prouocabatur. *Theodor.* Theodoretus: *In Galgalis*, ait, *duodecim lapides repoſuit Ieſus filius Nun, quos ex medio Iordanis alueo accipiendos iuſſerat Dominus, vt beneficij accepti eſſent monumentum, atque per hos lapides poſteri noſcerent, vt ſiccato alueo populus flumen tranſiſſet. Maximè ingrati animi ſignum eſt, vrbem illam, in qua tanta diuinæ benignitatis accepiſſent monumenta, impietatis eſſe factam metropolim.*

Summa malitia conſpecto beneficio peccare. — *Magna iniquitas in loco beneficij crimen.*

Ioan. 8. n. 54. Reſpondit Ieſus: Si ego glorifico me ipſum, gloria mea nihil eſt: eſt Pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus veſter eſt.

Num. 55. Et non cognouiſtis eum: & ſi dixero, quia non ſcio eum, ero ſimilis vobis mendax. Sed ſcio eum, & ſermonem eius ſeruo.

VERSIONES.

Tertull lib. aduerſ. Prax. cap. 22. Et ſi ego me ipſe glorificem.

Arabicus. Non eſt gloria mea quicquam.

Syriacus n. 55. Et ſi dixero me eum non noſſe, ego ero mendax ſicut vos.

D. Chryſoſt. homil. 54. Et itidem ego mendax eſſem, ſi eum me neſcire, dicerem.

EXPO

EXPOSITIO VII.

108. Respondit Ieſus: ſolita ſua modeſtia; & quia Iudæi dixerunt, *quem te ipſum facis?* præſumis, ac iactas, Chriſtus Dominus prius à ſe repellit iactantiæ ſuſpicionẽ. *Auguſt.* D. Auguſtinus, *Hoc ait*, (inquit ſanctus Doctor) *propter illud quod dixerunt, quem te ipſum facis; refert enim gloriam ſuam ad patrem ſuum, de quo dixerat, qui Deus eſt.* Sequitur textus: *Si ego glorifico me ipſum:* magna, ac præclara de me ipſo dico, & prædico, *gloria mea nihil eſt*; nullius momenti, ac ponderis eſt; *Chryſoſt. Euthym. Theophyl. Leontius.* hic ait D. Chryſoſtomus, *Secundùm eorum opinionem locutus eſt.* Quod etiam docet Euthymius, Theophylactus, ac Leontius; imò aptius dicam, ſecundum communem opinionem eſt locutus, qua nemini creditur de ſe dicenti: *Ioan. 5.* *Si ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, teſtimonium meum non eſt verum*, Ioan. 5. num. 31. *Eſt Pater meus qui glorificat me.* *Theophyl.* Explicat Theophylactus, *Per prophetas, per teſtimonia de cælo, per innumera, & immenſa miracula.* Explicátque quiſnam ſit ſuus Pater: *Quem vos dicitis, quia Deus veſter eſt.* Hoc addidit, ne refutatarent illius teſtimonium, quem Deum ſuum eſſe fatebantur. Opponebant Arriani; Pater glorificabat Filium; ergo ipſo Filio maior eſt. *Auguſt.* Rectè reſpondet D. Auguſtinus: *Hæretice*, ait, *non legiſti ipſum Filium dicentem quod glorificat Patrem ſuum: ſed & ille Filium glorificat, & Filius Patrem glorificat; pone perniciem, agnoſce æqualitatem, corrige peruerſitatem.*

109. *Pſalm. 75. Chryſoſt. Theophyl. Beda. D. Thom. Bonauent.* *Et non cognouiſtis eum.* Iudæi Deum fide, ac ſcripturis agnoſcebant. *Notus in Iudæa Deus.* Pſal. 75. num. 1. ait tamen Chriſtus: *Non cognouiſtis eum*, Deum. Primò D. Chryſoſtomus, Theophylactus, Beda, D. Thomas, D. Bonauent. non agnoſcitis eum vt vnum in eſſentia, & trinum in perſonis, ſi enim id ſciretis, ſine dubio agnoſceretis, & crederis me eſſe Meſſiam Dei filium. *Auguſt.* Secundò. D. Auguſtinus; Non cognoſcitis eum, id eſt non vidiſtis, nec audiſtis illum. *Ioan. 5.* Ioan. 5. n. 37. *Neque vocem eius vnquam audiſtis, neque ſpeciem vidiſtis.* E contra verò de ſe ait Chriſtus: *Ego noui eum*, non ſolùm qua Deus, ſed etiam qua homo ſum per ſcientiam mihi communicatam. Tertiò. *Non cognouiſtis eum*, id eſt non agnoſcitis illius ſublimitatem, & maieſtatem, nec creditis illi teſtimonium de me perhibenti. Quartò, & vltimò. Ait illis Chriſtus, quod Deum ſuum ignorabant. *Cyrillus.* Aptius inquit D. Cyrillus Alexand. lib. 5. in Ioan. cap. 11. *Nam ſoli cognoſcere Deum ſuum dicuntur, qui viam mandatorum eius perambulant; neque ab ea declinant.* Quod comprobat teſtimonio Apoſtoli dicentis *Tit. 1.* Tit. 1. num. 16. *Qui confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant.* ſic ſubiicit: *Iudæi quia Dei præcepta non obſeruabant, in cæde Saluatoris cæca mente ruentes, rectè dicuntur non cognouiſſe Patrem.* Quod clariùs patebit ex proximè dicendis.

110. *Maldon.* *Et ſi dixero, quia non ſcio eum, ero ſimilis vobis mendax.* Maldonatus exiſtimat Iudæos vocari à Chriſto mendaces, quia dixerant: *Samaritanus es tu, & dæmonium habes.* Quod erat apertum mendacium, & magna blaſphemia. *Chryſoſt. Theophyl. Euthym.* Aptiſſimè tamen D. Chryſoſtomus, Theophylactus, Euthymius, aſtruunt à Chriſto dici mendaces, quia mentiebantur aſtruentes ſe Deum agnoſcere, cum mandata eius non ſeruarent, ac Filium à Patre miſſum non agnoſcerent; *ſed ſcio eum, & mandata eius ſeruo.* Ecce probationem, quam adducit ſciendi Deum, quia mandata eius ſeruat. *Chryſoſt.* D. Chryſoſtomus, Euthymius: *Vides quod ſermonem Dei ſeruare, ſignum ſit, quod quis Deum agnoſcat.* *Ioan. epiſt. 1. cap. 2.* Ioan. 1. Epiſt. 1. cap. 2. & 4. *Et in hoc ſcimus quoniam cognouimus eum, ſi mandata eius obſeruemus, qui dicit ſe noſſe Deum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt.*

QVÆSTIO XVII.

Quare ſuperbi Iudæi, cum vocantur à Chriſto mendaces tacent, & non reſpondent ad hoc?

111. Valde mirum, quòd cum Iudæi valde impudicè, ac blaſphemè contra Chriſtum loquerentur, cum exiſtimarent, quòd Abrahamo ſe anteponeret, tamen modo cum ab ipſo mendaces vocantur, tacent, & non reſpondent; eum tamen mendacium ſit magnum hominis dedecus, ac infamia. Ad optimates, ac maiores natu Iſrael ſcripſit Iezabel epiſtolam ad ſurripiendam vineam Naboth, dicens: *Submittite duos filios Belial contra eum, & falſum teſtimonium dicant*, 3. Regum 21. num. 10. *3. Reg. 21.* eos ad obſequium ſuæ voluntatis aduocare mandat, & tamen filios Belial, ſeu diaboli, vt explicat Abulenſis, *Abulenſ.* cum tamen Saul traditores Ziphæos, qui ei promiſerunt prodere Dauid, benedictos vocat, *Benedicti vos à Domino*, 1. Reg. 23. num. 21. *1. Reg. 23.* Saul traditores, qui eius voluntati obſequebantur, benedictos nuncupat; & Iezabel eius mandata exequentes, filios diaboli appellat. Hi enim mendacium dicturi erant; adeò mendacium execrabile exiſtit, vt etiam iniquiſſima fœmina non audeat, eos cum honore, ſed potiùs multo cum dedecore nominare.

Mẽdax valdè infamis.

112. Ad noſtram quæſtionem, Cur cum mendaces vocantur, tacent? Reſpondeo primò, quòd ipſi iniquo, ac blaſphemo ore Chriſtum appellarunt Samaritanum, ac dæmoniacum; & qui alios iniuriâ afficit, patientia armetur, vt opprobria in ſe collata audiat, præcipuè cum tales multa turpitudine, ac nequitia ſunt repleti. Inter multa mala, quæ in Herode exundabant, illud non eſt prætereundum, quod de eo ſcribit Matth. 2. n. 16. *Matth. 2.* *Herodes videns, quoniam illuſus eſſet à Magis iratus eſt valde.* De quo iraſceris impie Tyranne? Nónne tu priùs ſanctis Magis illuſiſti, cum dixiſti: *Ite interrogate diligenter de puero, & cum inueneritis, renuntiate mihi, vt ego veniens adorem eum*; & tamen non adorare, ſed interficere conabaris; ſi tu ergo tres reges priùs deriſiſti, quid mirum, ſi ipſi te irrideant, vt tuam malitiam, ac nequitiam euitent? Vnde ait D. Chryſoſt. in Imperfecto homil. 2. *Chryſoſt.* *Herodes dum vellet deludere; deluſus eſt.*

Contumelioſus, etiam cõtumelias de ſe audiet.

113. Secundò. Non incongruè affirmare poſſumus hos Phariſæos eſſe humiles, viles, & ignobiles, cum appellarentur à Chriſto mendaces, nihil de hoc curauerunt, ſed furore rapiuntur, quod ſe Abrahamo antiquiorem dixiſſet: *priuſquam Abraham fieret ego ſum.* Homines autem, qui non verecundantur, cum in mendacio deprehenduntur, ſignum apertum hominis infimæ notæ, & humilis conditionis. In primitiua Eccleſia omnia bona communia erant. Cùm Ananias vendidiſſet agrũ, cuius pretij partem attulit ad pedes Apoſtolorũ, aliam verò defraudans ſibi retinuit, ait illi Petrus: *Non es mentitus hominibus, ſed Deo: Audiens* *Actor. 5.*

Homines viles non verecundantur de mendacij nota.

autem